



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]**

XVIII. Maji.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

**B.** Felix Capucinus Filium à Deipara porrectum sinu excepit, ejus pervigilia pane & aquâ contentus transegit, 40. annis pro Fratribus mendicus socio dicebat, ut coronam Deiparæ in manu, oculos in terra, mentem in cælo haberet. Moriens à Deipara ad cælum invitatus. *Ex Kal. Virg.* Plusquam Felix est, quisque Mariam amat.

O B. Felix felicissime ora pro me, ut me egenum & pauperem hanc à se gratiam supplican-tem exaudiat Deipara, ut hic Jesum in SS. Eucharistia sinu cordis pientissime suscipiam, & post mortem non in sinum Abrahamæ, sed in conspectum Jesu & Mariæ anima mea transferatur. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibili-um & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum &c. f. 2.

Ad quod impetrandum: Rosarium Marianum si non palam, certè in sacco mecum hodie exiturus gestabo.

O Maria Christianæ fidei propugnaculum. Per tuas preces arma barbarorum infantium tela ducimus, lanceæque, & galea, & jaculatio inutilia atq; inefficacia manent. *B. Andr. Cret. or. 2. de dormit. V.*

Quæstio: Quæ orationum B. V. acceptissima?  
XIX,